CONRADUS KYESER. PHILO BYZANTIUS

Süddeutschland (Ingolstadt?), um 1455 (nach 1442) Seite 154v-155r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=39612
Copyright: Innsbruck, Tiroler Landesmuseum (Ferdinandeum)



Epithedium Conrad. Kyeser Eystetensis

Dux vitae via vitae sydereum splendor dies
Qui cum creaturarum deus cunctorum qui es
Pater futuri seculi mortuorum requies
Eterna consolatio ortus ac meridies
Occasus et septentrio concludens psalmo cuncta
Gubernas atque precibus que tibi deo iuncta
Dissoluis quoque disiunctis pariendo punctis
Sit mea tibi anima altissimo coniuncta

Princeps parens seculorum qui artes condidisti
Quibus presentis seculi structuram dedisti
Herbis verbis lapidibus medere permisisti
Inquorum experimentis tuis semper probuisti
Virtute semper placandam mihi tibi deo soli
Quamquam naturam veram in fidelibus noli
Opponere altissimo cum ipse sibi soli
Artes cunctas reservavit quas filio tue proli

Septem artes liberales tres quasi triviales
Grammatica rethorica logica quadruviales
Arit et geometria astronomia tales
Cumque vernanti musica deo collaterales

Maior et theorica ast minor exceptivas
Obtinent pitagoricas iam artes expletivas
Ac methanorum practicas per traduci inventivas
Ministraces et stratges docentes adoptivas